

COLVMNA IN VBI S

HUMANAS DIRIGENS ACTIONES
in viam salutis, contra nonnullas Morali-
starum opiniones.

A V T H O R E
D. FRANCISCO MARIA
PISANO MILATIENSE V. L. D.

Decies in Patria Iudice, & modò apud Suprema Regni
Tribunalia causarum Patrono.

O P V S

*Praesertim Iudicibus, Confessarijs, & Aduocatis
perutile.*

Argumentorum, ac rerum notabilium Indice ornatum.



Panormi, apud Iosephum Barbera. 1697.

Imp. Girgenti V.G. Impr. Giusinus P.

EXCELLENTISSIMO PRINCIPI
DOMINO

D. PETRO EMANVELI

COLON, ET PORTUGAL,

A CUEVA, ENRIQUEZ,

Hispaniarum primæ Classis Magnati, Magno Admiratui, ac Supremo Indiarum Moderatori, Duci Veraque, Talamine, Marchioni Xamaice, Comiti Menincis, & Villacamicaris, Domino Turris Crematæ, Almuedani, & Lamedille, Velleris Aurati Equiti: Siciliæ Proregi Vigilantissimo, &c.



LXultat aliquando fortunata Trinacria, quæ diu famis calamitatibus, belli, ac terremotuum pressa, te (Excellentissime Princeps) Proregem venerari promeruit, tuoque instructa præsidio, pacis, quâ nomine ipso præfers, optatam experiri lætitiâ. Felix profectò dies tuæ electionis condeco-

a 2 rata,

APPROBATIO

*Adm. Reu. Patris Sac. Theol. Mag. Fr. Alexandri
Conti Ord. Prædic. in Panormitano Studio olim
Regentis, ac SS. Inquisitionis Siculæ Qualificatori,
Consultoris, & Iudicis ordinarij.*

Rescriptum quibuslibet libris, cuius Author D. Fran.
CVM sanè lapsas Moralistarum opiniones, ple-
rumque eorum, qui præsunt, incuria im-
pressas, Summi Pontifices æquè passim damnauerint;
vt proprio muneri satisfacerem, præsentem librum
ab V. I. D. D. Francisco Maria Pisano compositum,
cui titulus est: **COLVMNA NVBIS**: priusquàm
typis æderetur, attentè, ac matura consideratione
perlegere opere pretium duxi. At nēdum quidquam
inueni contra veram, incolumemque doctrinam, aut
bonos mores, sed immò commendabilem censeo, tūm
quia perspicacia eiusdem Authoris in quæstionibus
enucleandis elucet, tūm etiam ob sanam, veramque
intelligentiam, qua nonnullæ Moralistarum opinio-
nes, mihi rectè semper improbables, solidissimè con-
futantur. Quapropter conclusionēs in eo firmatas,
rutas esse in conscientia ad communem Lectorum
utilitatem testor, & in eandem pertranseo cum Au-
thore sententiam, valdè confere Confessarijs, Iudici-
bus, & Aduocatis, à quorum scimus bonum vtriuf-
que fori directione pendere.

Fr. Alexander Conti Magister.

COLVMNA NVBIS

*Humanas dirigens actiones in viam salutis, contra
nonnullas moralistarum opiniones.*

A V T H O R E

DON FRANCISCO

MARIA PISANO

Introductio.



Humanam profectò societatem
profitemur à Natura institutam,
cuius præordinatione corpus istud
ciuile (prout & phisicum) ad pro-
priam conseruationem, perfe-
ctumque Reipublicæ statum, capi-
te, pariterque membris componi oportet, nè
Natura ipsa cunctis vbique prouidens, in hoc
deficere videretur. Cumque corporis phisici
partes, & si non omnes principales, æquè tamen
retenta proportionè subsistant, ita in polyti-
co inferiora sublimibus iungi hierarchica con-
sonantia, ius naturale insita virtute decernit.
Vis itaque regitiua in capite, & in membris

A

obe-